

Cap. XXIII De inproperio mortis parentum vel propinquorum. R.ca.

Quicumque civis impropere alicui civi nostro mortem parentum vel propinquorum suorum, componat comuni nomine pene libr. decem par. ¶ Et quicumque impropere alicui aliquod vituperium alicuius sui propinqui solvat comuni ea[n]dem penam. 5

Cap. XXIII. Rubrica de querela non facta de malleficio infra octo dies.

Ordinamus quod, si quis non fecerit clamorem infra octo dies coram domino de iniuria sibi illata verbis, postquam dicta iniuria dicta fuerit, ab inde in antea non audiat, et si fecerit sit nullius vallis. 10

Cap. XXV. De Ranfis et suorum sequacium. R.ca. 15

Statuimus quod quicumque tractaverit de dando auxilium consilium et favorem Ranfis et eorum sequacibus banitis per comune Tergesti, vel misserit litteras ipsis Ranfis et eorum sequacibus // vel receperit ab ipsis aliquas litteras, quas (si) 133 A non presentaverit comuni Tergesti, perdat omnia sua bona et personam. ¶ Et si talis vel tales contrafactantes comprehendere non poterunt, baniantur in perpetuum a civitate Tergesti, et omnia sua bona deveniant in comuni, et omnia supradicta intelligantur et intelligi debeant et locum habeant, si fuerint et erunt contra bonum pacificum statum civitatis Tergesti, unde oriri posset aliquod scandalum vel detrimentum. ¶ Qui 20 Ranffii tam masculi quam femine et heredes ab ipsis descendentes et eorum sequaces et sui heredes perpetuo sint baniti¹⁾ a civitate Tergesti, et si tales banniti vel aliquis ipsorum unquam vel aliquo tempore pervenerint in forciam comunis, quod 30 dominium Tergesti quod pro tempore fuerit teneatur illi vel

¹⁾ buniti.